1678 dillationibus ad quietationem et evictionem, motionibus denique et appellationibus
ac earum prosequutionibus differendis et evadendis. Immo se ad successoribus per-
missis aliisque omnibus iuris remediis abrenunciando. Suae et suorum succes-
sorum amissione totius causae. Nulla inpermissis Terrarum Confessione obstante.

Actum in Castro Premislien tempore Interegni

re Interegni vigore Confederationis generalis Pallatinus Russiae Leo-
poli die Septima Januarij per omnes Dignitarios Spirituales et Se-
culares officiales ac nobilitatem eiusdem Pallatinus laudatae feria Sexta
14/VIII pridie festi Assumptionis Gloriosissimae Virginis Mariae Anno Domini
millesimo quingentesimo Octuagesimo Septimo. Coram Generoso Nicolao
Ostrowsky de Ostrow Vicecapitaneo et Laurentio officij Castrensis Premislien
Judice officio et actis.

Fieitko quietat Iwan Szermkowicz

639 Coram officio et actis praesentibus Castren Premislien personaliter comparens
Honestus Feitko filius honesti olim Hawrilo Cerdonis de subcastro
Premislien subditus Sacrae maiestatis Regiae tenutae loci praesentis Capitanei, a praesen-
tibus iuribus ac foro competenti recedens, praesenti vero iurisdictioni se ac successoribus
quo ad infrascripta attinet incorporans, sanus mente et corpore existens publi-
ce ultro ac perexpresse recognovit. Quod ab honesto Iwan Szermkowicz
cerdone de suburbio civitatis eiusdem Premislien nuncupato Zasanye ad Castrum
praesens pertinente tenutae eiusdem loci praesentis Capitanei ad rationem summae viginti
quinque florenorum pecuniae monetae polonicalis, summam octo florenorum pecuniae monetae polo-
nicalis et grossorum decem primum rathe sibi per eundem actis praesentibus per tribus
rathis inscriptae recepit et memoratae levavit. Ratione cuius recepti et le-
vati ipsum et eius successores de eadem summa octo florenorum et grossorum decem
pecuniae monetae et numi polonicalis quietat perpetuo. Ipsamque inscriptionem quo ad
interesse summae eiusdem recepti pertinet cassat et mortificat. Super
residuo vero eiusdem summae eam ipsam inscriptionem salvam sibi in omni
vigore et robore reservans praesenti sua recognitione mediante.

Janczewski quietat Piotrowski

640 Coram officio et actis praesentibus Castren Premislien personaliter comparens nobilis
Joannes Janczewsky filius nobilis olim Martini Janczewsky a iure foro-
que suo proprio et competenti recedens, praesenti vero iurisdictioni se ac successoribus quo ad in-
frascripta attinet incorporans, sanusque mente et corpore existens publice ultro ac per-
expresse recognovit. Quia ipse inherendo priori quietationi nobilem Jacobum Pio-
trowsky de summa Centum Septuaginta florenorum pecuniae monetae polonicalis sibi per eum
intercisa certa inter eos occasione arendae bonorum sortis certae villae Mislatycze
conscriptae, inscriptioneque Castren Premislien roborata inscriptae, idque ex arenda
bonorum sortis praefatae per annum nunc currentem provenientem quietat. Intercisamque ac
inscriptionem praefatae quo interesse summae praefatae per se recepti et memoratae
levatae cassat, annihilat, mortificat perpetuis temporibus. Super ceteris vero
conditionibus eam ipsam intercisam et inscriptionem salvas sibi in omni vigore et robo-
re reservans praesenti sua recognitione mediante.

Idem tenetur eidem

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Premislien no-
bilis Joannes Janczewsky, a terrestribus Castrensibus iuribus iurisdictionibusque sub quibus
prius ac foro competenti recedens, praesenti vero iurisdictioni se ac successores ac bona
sua infrascriptis omnibus quo ad infrascripta attinet plenarie incorporans, sanus
mente et corpore existens publice ultro ac perexpresse recognovit. Quia nobili Jaco-
bo Piotrowsky et eius successoribus summam mille Ducentorum florenorum pecuniae monetae
et numi polonicalis debiti certi mutuati tenetur. Quam quidem summam se ac succes-
soribus in bonis suis omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus ubi-
cunque et modo quocunque habitae obligat et inscribit praedicto creditori et eius pos-
teris hinc ad diem et festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime ven-
turo circa officium et acta praesentia plenarie solvere, reponere, relinquere, re-
positamque et relictam ab eodem officio non exfideiubere neque quovismodo per se vel
submissas quasvis personas arestare, sub vadio similis summae mille Ducentorum
florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis. In casu vero solutionis summae praedictae ces-
santis per tempore suprascripto solutioni assignato, nullo decreto cuiusvis
iudicij sine officij accedente virtute solummodo praesentis inscriptionis in summam
essentem et capitale debiti videlicet Duorum millium et quadringentorum florenorum
pecuniae polonicalis convertendo. In qua quidem summa essenti ac vadio iuncta videlicet